In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Martinus de Kalynowa Castellanus Siradiensis et Capitaneus Welunensis cum
Strenuis Laurencio Zaramba et Johanne filiis nostris legittimis Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris
harum noticiam habituris qualiter moti visceribus nostre ob amorem omnipotentis dei et absque mediis futuris premeditate ac pena de
litterarum percipiendo, sani mente et corpore existentes non compulsi nec coacti neque per errorem seducti Sed ultranga voluntate animo
deliberato hereditatem Sarbow quam habuimus in obligacione a Serenissimo principe et domino domino Wladislao dei gracia Rege Polonie
venerabili viro domino Michaeli preposito Mechoviensi ac suo Conventui ad Ecclesiam sancti Spiritus et passionis alias ad Hospitale ante
Siradiam, damus cum omni iure et dominio fructibus censibus redditibus proventibus et pertinenciis universis veluti soli a domino
Rege tenuimus et possidebamus, qui gubernator Ecclesie sancti Spiritus ante Siradiam ac Rector hereditatem predictam Sarbow habebit
tenebit ac libere possidebit donec per dominum Regem redimetur. Eciam idem dominus Michael cum Conventu suo Maior Mech-
oviensis villas suas videlicet Grodzisko Jancowo Rzenthowo et Modlowo nobis cum omni iure et dominio ac pertinenciis
universis dumtaxat ad tempora vite nostre solius et non successorum aliquorum parentorum seu proximorum nostrorum contulit ac racionabiliter assignat
possidendas post decessum vero vite mee ad Monasterium Mechoviense ville antedicte cum omnibus iuribus ac pertinenciis universis
revertetur. Eciam si Jancowo villam predictam prefatus dominus prepositus Michael Mechoviensis commutaret seu venderet extunc
de ipsa sibi cum omnibus iuribus cedere debebimus. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum
in Charthsimparowicza feria sexta proxima post octavas Corporis Christi Sub Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septimodecimo
presentibus Nobilibus viris Nicolao palatino Sandomiriensi et Capitaneo Siradiensi, Johanne de Belia tutore de Charthsimpa,
Welga Peregrino de Dambrowa, Johanne Krabski, Grymala de Stanszyce, Johanne de Grotkowicze ac aliis quam pluribus
fide dignis testibus ad premissa etc.

1417

[illegible]

Privilegium super villam Garbowo
Ecclesie [illegible] per Marchiam
[illegible] Sprancento Castellanum donata

Mensis villarum Grabisko 4 1 7. Fer. 6. post Festum
Garbowo [illegible] Corporis Xti.

Ex Capsula 15
Sub Numero 3

1.

Iurad[illegible]